

MELITA THEOLOGICA.

Vol. VI, No. 2.

July-December, 1952

Notio Thomistica Satisfactionis Vicariae Jesu Christi Mediatoris

ULLO absque dubio, nulla quaestio dogmatica seorsim tractari potest; particulari modo tamen, de satisfactione vicaria Christi non potest seorsim fieri sermo, quia supponit aliquas veritates in quibus fundatur et cum quibus intime connectitur. Nam doctrina vicariae Christi satisfactionis notionem Dei et hominis naturae necnon relationes inter utrumque supponit; peccati quoque notionem eiusque consequentias, necnon Christi Salvatoris cognitionem eiusque naturas simulque suam missionem in terra praesupponit. Omnibus de istis quaestionibus, firmam habet doctrinam theologia catholica, sed pro dolor! saepe male cognita etiamque impugnata.

Revera contra vicariae Christi satisfactionis doctrinam gravissimae et fundamentales aequivocationes militant; nam obiectionibus illam impugnabant increduli, diversa systemata quoque excogitaverunt moderni quidam theologi; imo controversias inter se suscitaverunt ipsi catholici. Quare quaestionem nostram magni momenti esse, nemo est qui id negare, vel saltem in dubium revocare, audeat. Hoc enim doctrinae capite intellecto, facile patebit nexus inter unam partem tractatus de Verbo Incarnato, quam Sotoreologiam vocant, alteramve, quae iure meritoque Christologia nominatur. Neque hoc gratis asseritur; cum enim sive determinismum Wiclefii, sive optimismum Malebranchii et Leibnitzii, principiis sanae philosophiae aperte adversari neminem lateat, necessitas ipsa Incarnationis, quam divina eloquia clare testari videntur, plane intelligi nequit nisi prius ad reparationem iuris divini, quod peccato laeditur, satisfactionem condignam a Deo decretam esse constabit.

Istius enim vicariae satisfactionis Christi Mediatoris maxima indigentia ex parte hominis, prima Genesis capitula si quis attente legat de facili percipitur. Enimvero, modo tragico sacris in litteris primi hominis describitur lapsus (Gen. cap. 3, v. 1-15). Cum enim homo a Deo collocatus esset in paradiso voluptatis,

The Royal University of Malta



ut illum operaretur ac custodiret, praeceptum quoque ab eo accepit ut de omni paradisi ligno comederet, uno tamen excepto, et quidem sub mortis minatione. Homo tamen a serpente tentatus, huius suggestioni consensit; tunc statim filius Dei adoptivus esse desiit ipsiusque inimicus effectus est. Maxima fuit ruina istius transgressionis pro Adamo eiusque sobole tota, gratiam enim amittens, bona quibus prius dotatus fuit quoque perdidit; immo sublatus fuit e paradiso terrestri, communicationesque cum Deo deinceps cessarent. Dum homo statum innocentiae conservabat, Deus homini, et homo, sancta familiaritate, Deo loquebatur. Postea e contra, Deus ipsa bonitas, cum offensus esset, propter hominis nequitiam, ab incoeptate cum eo familiaritate recessit. Deus tamen, sua infinita bonitate, quamvis hominem e paradiso, eiecerit, remedium liberationis lapsae humanitatis iam cogitaverat. Nam, serpentem maledicens, pergit: "..... inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius, ipsa conteret caput tuum....." (Gen. cap. 3, v. 15).

Ullo absque dubio, hic Incarnationem Redemptricem Mediatoris Jesu praenuntiatam perspicimus. Iste mediator characterem particularem induere debet; partes scilicet dissidentes, quae antea intime unitae extiterant, iterum uniendi: nam hominem offensorem Deo reconciliare debet, condignam pro offensâ satisfactionem vice hominis deferens, ad excellentiam Dei, post peccatum non amplius Eî ab homine exhibitam, iterum testificandam. "Mediator Deum inter et homines, praeter ea quae ad communem rationem mediatoris quaedam alia habeat oportet, quae pertinent ad rationem particularem huius mediationis. Haec autem mediatio non est tantummodo conjunctio partium non conjunctarum, sed partium olim dissidentium" (1).

Unio enim, adjungit cl. Friethoff, quae prius fuit inter partes istas, soluta est voluntarie, in quantum genus humanum Deum offendit offensa infinitae gravitatis.

Homo ergo per suum peccatum ex rigore justitiae incurrit obligationem satisfactionis, quae quamdiu nondum oblata tandem impedit novam unionem. Ex alia parte tamen requiritur divina gratia, qua macula culpae deletur, et cor peccatoris in

(1) S. Germanus Constpl.—P.G. 98, 315 citatus a P. Friethoff—De Alma Socia Christi Mediatoris, p. 13.

Deum convertitur (2). Unde ille, qui inter Deum offensum et hominem offensorem intermediat, Deo dare debet satisfactionem pro hominibus, qua tollitur reatus poenae, hominibus vero mereri divinam gratiam, qua restituitur amicitia pristina (3).

Hanc satisfactionem condignam, uti videbimus, praeter Christum, Deus simul et homo, nemo Deo praestare potest. Homo enim propter suum peccatum accessum non potuit habere ad Patrem, et praecise in hoc consistit actio mediativa Christi, quia ut dicit S. Paulus: "per Ipsum habemus accessum ad Patrem".

Quapropter homo suam inanitatem non amplius timet; natura ejus enim, divinae naturae strictissima unione conjuncta est omnibusque dignitatibus ornata: pristina amicitia Deum inter et homines per Christum novo foedere initur. Hoc nempe est supremum bonum ex mediatione Christi proveniens; Christi mediatio enim hominis conditionem et statum renovavit. Servus peccati extitit homo, et filius Dei adoptivus iterum effectus est, timorque ejus ob praeceptum Domini in dulcem et filialem amorem transiit, quia homo ante oculos semper habet mediatorem ac restauratorem communicationis Deum inter et homines, in Christum. Unde dicit S. Thomas: "Post Incarnationem Christi, homines coeperunt magis ad coelestem beatitudinem aspirare" (4), et hoc adhuc corroborat ex S. Augustini auctoritate: "quae major est causa adventus Domini, nisi ut ostenderet Deus dilectionem suam in nobis?" (5). Christi mediatio constituitur ex omnibus actionibus, quas Ipse, a sua conceptione usque ad mortem Crucis, pro nobis egit et passus est, quamvis omnes suae actiones compleantur in passione ac morte satisfactoria Crucis; exinde patet, satisfactionem fuisse praecipuam actionem mediativam Christi, nam per satisfactionem nos inimicos Deo reconciliavit, quod est proprium mediatoris officium.

Omnis mediatio, in actu secundo considerata, et non sub aspectu ontologico et substantiali, consistit in deferendo unum extremorum id quod pertinet ad alium extremum, nam mediator nihil aliud facit, nisi "ea quae sunt unius defert ad alte-

(2) III, 22, 3.

(3) Friethoff, op. cit. p. 13.

(4) C.G. 1. IV. c. 54.

(5) cit. in III, q. I, a. 2

rum" (6). Unde mediator, secundum ideas vigentes, nihil aliud est nisi persona, quae interponitur inter duas alias, tum ad illas reconciliandas, tum ad obtinendum ab uno aliquem favorem in alterius beneficium.

In Christo non solum inveniuntur requisita ad rationem communem mediationis, sed etiam ad ejusdem rationem ontologicam, quia non solum distat ab utroque extremo sed etiam cum utroque communicat; nam ista mediatio ontologica, ut dicit Friethoff, perpulchre inveniri videtur in Christo Mediatore, in quantum scilicet Ipse inter partes quas conjungit, Deum nempe et homines, etiam ontologice stat in medio, Ipse enim, praeter Deum, est homo, et praeter hominem, est Deus (7).

Secundum doctrinam S. Thomae, mediatio ejusque satisfactio sunt inseparabiles (loquimur de connexionione hypothetica, in libero Dei decreto fundata). Idea vero satisfactionis nihil aliud facit nisi explicare quomodo Christus suum officium mediatoris exercuerit. Studere Christo mediatori, de facto, est quaerere id quod fuit relate ad nos. Quoad nos, Christus est Salvator, quia per Crucem suam, pro nobis satisfecit et nobis gratiam iterum obtinuit. Redimendo nos a morte per satisfactionem superabundantem, Verbum Incarnatum nos Deo conjunxit, scilicet quod separatum fuit conjunxit.

Sed hoc possibile non esset, nisi Christus constitutus esset totius humanitatis caput. Per unionem hypostaticam, natura humana elevata est per Christi humanitatem usque ad divinitatem tali modo, quod sua natura humana facta est natura humana Dei. Et cum Verbum sese appropriavisset personaliter, deducitur quod Christus in summitate creationis constitutus est.

Incarnatio de facto est synthesis et complementum mirabile operis creationis. Cum, secundum divinam dispositionem, creaturae inferiores ad superiores ordinentur, Christus invenitur in summitate altitudinis ad quam tendunt omnia existentia et possibilia, unde scribit Apostolus "Placuit Deo secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in coelis, et quae in terris sunt" (8).

(6) III, q. 26, a. 2.

(7) op. cit., pag. 10.

(8) Eph. 1/10.

Sed si Christus est rex omnium rerum, modo particulari tamen hominum est rex, quia Ipse missionem illos salvandi ac adducendi ad Patrem habet. Missio ejus, aliquo sensu, duplex est. Oportet in primis Dei justitiae satisfaciat pro humanitate cuius Ipse est pars, cum sit caput ipsius, et jura Creatoris per negationem amoris et inobedientiam violata, repararet oportet. Oportet quoque Ipse Christus mereatur pro hac humanitate peccatrice gratias et auxilia divina, quae illam in divinam amicitiam intrare sinant, quaeque aeternae visionis beatificae gaudii possibilitatem et capacitatem praestent.

Etenim si satisfactio Christi jura Dei restauravit, homini quoque condonationem peccati obtinuit et poenas contractas abstulit, ista condonatio et remissio peccati hominis non conciperetur, nisi per restorationem vitae divinae supernaturalis in Christo. Cum principalis poena peccati sit aeterna separatio a Deo, condonatio et restauratio non esset vera, nisi homo amicitiam Dei amissam recuperaret et capax redderetur ad fruendam Dei visionem per gratiam.

Scimus, Christum posse mereri et satisfacere pro humanitate; actus enim ejus sunt actus Dei-Hominis, unde isti accipiunt valorem infinitum et absolutum, ita ut non sit peccatum tam grave, pro quo Christus non possit satisfacere. Non existit bonum supernaturale, etiam altissimum, quod Christus mereri non valet, quia infinitas peccati est modo copiosiori compensata per infinitatem amoris Dei-Hominis, et excellentissima gratia est inferior in valore ac dignitate relate ad minimum actum charitatis a Verbo Incarnato elicitem.

Sic ergo Christo ligati sumus in nostra destinatione supernaturali. Ipse est qui nos salvos facit, et est per Ipsum quod post se nos conducit in viam salutis. Est caput nostrum, quia est caput totius corporis mystici, cuius nos membra sumus, et in quantum, cum Ipso ligati, vitam habebimus. "Ego sum vitis, vos palmites", dixit Jesus in ultima Coena; "qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere" (Joan. 15/15).

Punctum magis discussum in nostra quaestione est ipsa natura satisfactionis vicariae, proindeque speciale examen instituere debemus. In vicaria satisfactione enim duo elementa collocare debemus, formale unum, materiale alterum, et illa inter se bene ordinare et uniuscuiusque locum relevare, deindeque illa duo elementa ad Passionem Christi referre. Cum Passio

Christi diversos aspectus habeat, non mirum est, si etiam inter ipsos catholicos diversae theoriae ad profundissimum mysterium redemptionis explicandum inveniuntur. Certissime, Protestantium aliorumque dogmatis Redemptionis deformatorem theoriis exceptis, omnes theoriae catholicae Christi Redemptionem explicantes sunt traditionales et ex S. Scriptura originem trahunt. Quamvis theoriae istae non eodem modo, mysterium amoris omnes affirmare student. Oportet tamen nos sincere confiteri, has formulas, quamvis traditionales, sensum metaphoricum habere et propterea falsam interpretationem subire posse, particulari modo, si litteraliter sumantur; nam, experientia docente, Protestantes et alii dogmatis Redemptionis deformatores his formulis abusi sunt ad eorum placita corroboranda ac defendenda.

Et contra, doctrina satisfactionis vicariae, bonam doctrinam aliarum theoriarum in se retinens ac cumulans, specialem qualitatem dotemque habet, periculosas scilicet exaggerationes aliorum systematum devitandi, et sic facilius ac melius objectiones adversariorum dogmatis Redemptionis solvit. Quamvis omnes inter catholicas theorias illa Satisfactionis Vicariae melior existimanda sit, non tamen oportet nosmetipsos deludere, dicendo doctrinam satisfactionis vicariae dogma Redemptionis totaliter explicare. Haec doctrina alias veritates supponit et compleri debet; conceptus satisfactionis enim sumptus fuit ex iudicis conceptibus relationes hominum inter se moderantibus. Simpliciter ut talis, relationes nostras cum Deo nullatenus significare potest. Hoc non obstante, si sumitur in sensu analogico et ab ea tollitur id quod de iudicio multum sapit, ineffabile dogma Redemptionis optime explicat. Jam ex hoc momentum studii huiusce dissertationis eruitur. Quaestio praesens enim nostris diebus inter magis discussas adnumerari debet. Ad hoc probandum sufficit prae oculis habere diversos articulos et libros publici juris factos haec de nostra materia, quae iure meritoque utilissima existimatur ad fructus doctrinae dogmatis Redemptionis copiose percipiendos.

Perspicuitatis causa, propositum nostrum studium in duo capita distribuimus. In priori capite, de satisfactione in communi necnon de eius divisione requisitisque verba fient. In posteriori capite vero, de natura Vicariae Christi satisfactionis tractabitur, ubi duo eius constitutiva elementa, nimirum formale et materiale, explicantur.

Notio Satisfactionis In Communi

Satisfactio, si etymon spectas, a 'satisfacere' originem ducit ac trahit, quod copulatione adverbii *satis* cum verbo *facere* conflatur. Satisfactio igitur generice sumpta et vi nominis dicit sufficientiam actionis, qua tollitur aliqua exigentia in determinato subjecto, unde sensu vulgari dicimus aliquem satisfacere, quando aliquis facit satis, id est, quod tenetur facere, puta si magistro bonam vel convenientem responsionem praebet discipulus, aut si patri vel matri filius obedientiam praestat. Sensu pressiori ac sermone profano et classico apud Latinos actionem denotabat, ratione cuius debitum contractum remittebatur et injuria alteri illata condonabatur, uti si labore indebito compensabatur damnum illatum, vel si offensor humiliter veniam rogabat. Satisfactio enim pro solutione est (9), quin tamen duae voces convertantur. Nam solvit qui creditori totam pecuniam, quam debet, numerat: satisfacit vero qui creditorem quomodo-cunque placat, v.g. cautione, pignore, vel etiam promissione, nam in Digesto legitur: "omnis pecunia exsoluta esse debet aut eo nomine satisfactum esse, satisfactum autem accipimus, quae-
madmodum voluit creditor licet non sit solutum" (10).

Satisfactio purgationem de injuria illata significare potest, sicut et etiam excusationem necnon veniae petitionem dum verbis aliquis sese reum profitetur. Sic solebant, aiunt, "in qua civitate legatus populi romani violatus esset, nisi publice satisfactum esset, ei civitati bellum indici" (11), aliis verbis "satisfacere est tantum facere quantum satis est irato ad vindictam" (12). Eandem significationem ac apud Latinos retinet satisfactio in doctrina S. Thomae, qui per satisfactionem nihil quam reparationem injuriae intelligit, nam, secundum Angelicum, "Ille proprie satisfacit pro offensa qui exhibet offenso id quod aequae vel magis diligit quam oderit offensam" (13). Haec acceptio satisfactionis etiam invenitur in Catechismo Concilii Tridentini ad Parochos: "Est autem satisfactio, rei debitae integra solutio: nam quod satis est, ei nihil videtur deesse. Quare cum de gratiae reconciliatione loquimur, idem satisfacere significat, ac alteri tantum praestare, quantum irate animo ad ulci-

(9) Digestus, 46, 3, 52.

(10) Digestus, 13, 7, 9.

(11) Cicero, Verr. II, 13.

(12) Forcellini, sub verbo *Satisfacere*.

(13) III, q. 48, a. 2.

scendam injuriam satis esse possit; atque ita satisfactio nihil aliud est, quam injuriae alteri illatae compensatio" (14).

Ex istis definitionibus clare eruitur satisfactionem supponere offensam alteri illatam et quidem iam praeteritam, pro qua integre offensor compensationem retribuere tenetur. Nihilominus tamen ex allatis definitionibus dubitare licet, utrum ista recompensatio pro offensa consistat in voluntate qua quis paratus est damna ex offensa illata reparare, an poenam quoque supponat, qua recompensatur injuria illata? Et si affirmative, quomodo?

Ante omnia adnotare juvat, quod S. Thomas, ut ipsemet expresse dicit, in sua definitione solam satisfactionem pro offensa considerat, at certum est ad mentem Divi Thomae voluntatem recompensandi pro offensa ad satisfactionis essentiam pertinere. Tota difficultas ergo circa poenam in satisfactione versatur. Verum est quod in hac definitione S. Thomas naturam recompensationis non determinat; attente inspicienti tamen videtur S. Thomas, immediate post definitionem, rationes afferendo ad probandum Christum satisfacisse pro nobis, satisfactionem semper in poena collocare. Nam dicit: "Christus autem ex caritate et obediencia patiendo maius aliquid Deo exhibuit quam exigeret recompensatio totius offensae humani generis. Primo... propter magnitudinem caritatis qua patiebatur. Secundo, propter dignitatem vitae suae, quam pro satisfactione ponebat, quae erat vita Dei et hominis. Tertio, propter generalitatem passionis et doloris assumpti (15). Ut patet, S. Thomas in tribus rationibus allatis semper poenam ponit, ni fallor verba: *patiendo; patiebatur; vitam ponebat; generalitatem passionis et doloris assumpti*; satis aperte poenam et quidem physicam demonstrant. Sed solummodo quis contra nos juste objicere posset, quod hic agitur de aliqua satisfactione particulari, nempe Christi. Possumus tamen respondere, aliquam satisfactionem non posse esse talem, nisi in quantum, in illa, omnia requisita ad satisfactionem in genere verificentur; et proinde cum S. Thomas probet quod Christus satisfacit pro nobis cum ex caritate et obediencia patiebatur, sequitur pro satisfactione generice sumpta cum caritate etiam poenam requiri.

(14) Pars II, de Poenit., p. 414, no. 259, ed. bardi, Roma 1918.

(15) III, q. 48, a. 2.

Cum hic locus forsā non totam claritatem optatam afferat, ad alia loca, ubi S. Doctor de satisfactione modo generāliori et forsā clariori sermone loquitur, recurrere malo. Et revera S. Thomas, quaerens num satisfactio sit actus iustitiae, docet iustitiae proprium esse, adaequationem rei ad rem in proportione aliqua ponere, propterea cum iam ipsum nomen satisfactionis adaequationem importet, nam adverbium *satis* nisi aequalitatem proportionis indicat; indeque concludit S. Doctor, satisfactionem formaliter esse actum iustitiae. Postea distinguendo duplicem actum iustitiae, satisfactionem ponit in illo qui est sui ad alterum. "Et quia satisfactio (pergit ipse) aequalitatem in ipso faciente exprimit, ideo dicit actum iustitiae qui est sui ad alterum, proprie loquendo..... Sed satisfacere manifeste aequalitatem in actionibus demonstrat..... Et quia adaequatio non est nisi inaequalium, ideo satisfactio inaequalitatem actionum praesupponit, quae quidem offensam constituit; et ideo habet respectum ad offensam praecedentem. Nulla autem pars iustitiae respicit offensam praecedentem, nisi iustitia vindicativa, quae aequalitatem constituit in eo qui iustum patitur indifferenter; sive sit patiens idem ac agens (ut quando aliquis sibi poenam infert); sive non sit idem ac agens, ut quando iudex alium punit, ad utrumque iustitia vindicativa se habente (16). Sed haec quaesto adhuc clarificari potest ex alio loco S. Thomae; nam scimus satisfactionem inaequalitatem actionum presupponere et simul aequalitatem in actionibus demonstrare, proindeque ad iustitiam commutativam pertinere. Ex altera parte scimus, secundum S. Thomam, contrapassum esse iustum commutativum et aequalem importare recompensationem passionis ad actionem praecedentem; quod propriissime dicitur in passionibus et actionibus injuriosis, quibus aliquis personam proximi laedit, puta si percutit, quod reperiatur (17).

Ex istis locis eruitur, easdem conditiones requiri tum pro contrapasso tum etiam pro satisfactione. Uti ipsum nomen demonstrat, contrapassum essentialiter secumportat poenam; similiter ergo et satisfactio in sua essentia poenam includere debet. Unde clare deducitur, secundum mentem Angelici Praeceptoris, poenam ad essentiam satisfactionis pertinere.

(16) Suppl., q. 12, a. 2.

(17) II—II, q. 61, a. 4.

Posito quidem hoc, quod scilicet poena ad essentiam satisfactionis pertineat, demonstrare juvat quoniam modo se habeat ista poena in satisfactione. Ad hoc, ut clarius videatur locus poenae in satisfactione, prae oculis nos habere oportet satisfactionem esse offensae recompensationem, quae offensa in se etiam reatum poenae includit, quia quando quis alium offendit, lex semper violatur. Offensor propterea satisfacere tenetur et pro offensa, seu pro reatu culpae, et pro poenae reatu, qui ex legis transgressione pullulat. Unde clare deducitur satisfactionem duos aspectus habere, nam potest quis considerare tam satisfactionem pro offensa seu pro culpa quam satisfactionem pro poena, hanc offensam seu culpam consequente; ideoque satisfactio est culpae simulque poenae debiti recompensatio, et pro compensatione utriusque debiti requiritur necessario in offensore satisfaciente et voluntarium et poena, quae sic in satisfactione se habent ad invicem: Satisfacientis voluntas ut elementum formale, et poena voluntaria ut materiale elementum.

His aspectibus satisfactionis distinctis, consideramus 1o.—satisfactionem pro offensa seu pro reatu culpae, et 2o.—satisfactionem pro legis transgressione seu pro reatu poenae.

I.—*Satisfactio pro offensa seu pro reatu culpae.*

Certio certius, in satisfactione pro offensa, eminet voluntas satisfacientis, nam offensa nihil aliud nisi voluntariam honoris denegationem significat, quae injuriam secumfert. Haec injuria certissime recompensari debet vero honore ex voluntate ipsius personae procedente, quae prius honorem denegabat. Nam recompensatio honoris non perficitur redditione alicuius rei ejusdem valoris ac illius ablatae, sicut fit in rebus materialibus, sed e contra obsequium offensoris magis aestimatur (18), inquantum ex recta intentione et bona voluntate procedit (19). Attamen non solum voluntarium sed etiam poena in satisfactione pro offensa concurrere debet. Etenim si diceremus poenam ad hujus satisfactionis rationem minime pertinere, admittere quoque deberemus, offenso solummodo pro injuria habita honorem exhiberi, quem similiter erga alios offensa non plexos offensor reddere tenetur, quod certo certius erroneum est. Offensor enim, praeter amoris retributionem communiter omnibus debitam, aliquid insuper amplius exhibere tenetur, quo debitum honorem subtractum personae offensae recompensat. "Recompensatio

(18) S. c. G. IV, 55 ad 20; III, q. 79, a. 5.

(19) cfr. Galtier, De Incarn. et Redemp., Parisiis, 1926, p. 394.

enim offensae, dicit S. Thomas, importat adaequationem, quam oportet esse ejus qui offendit ad eum in quem offensa commissa est. Adaequatio autem in humana justitia attenditur per subtractionem ab uno, qui plus habet justo, et additionem ad alterum, cui subtractum est aliquid" (20). Ista subtractio ab offensore, de qua loquitur S. Thomas, non potest fieri per solum voluntarium, id est non sufficit ut offensor amore personam offensam prosequi incipiat; primo, quia etiam post offensam, offensor tenetur personam offensam diligere, imo amore ferventiori; et secundo, quia diligendo personam offensam, opus bonum praestat, quod, in quantum est huiusmodi, non solum ab offensore nihil subtrahit, sed e contra eum perficit; consequenter subtractio in offensore non potest fieri nisi per opus bonum, quod simul est poenale. Audiatur S. Thomas: "Oportet, ad hoc quod recompensatio fiat, quod aliquid subtrahatur a peccante per satisfactionem, quod in honorem Dei cedat. Opus autem bonum ex hoc quod est huiusmodi, non subtrahit aliquid ab operante sed magis perficit ipsum. Unde subtractio non potest fieri per opus bonum nisi poenale sit: et ideo, ad hoc quod aliquod opus sit satisfactorium, oportet quod sit bonum, ut in honorem Dei (in casu nostro, personae offensae) sit; et poenale, ut per hoc aliquid peccatori subtrahatur" (21), et adjungit S. Thomas: "Satisfactio debet esse talis per quam aliquid subtrahamus ad honorem Dei (in casu nostro personae offensae)" (22).

Sed ut adhuc melius appareat quomodo se habeant ad invicem voluntarium et poena, satisfactionem ut est recompensatio pro legis transgressione seu pro reatu poenae consideramus.

2. — *Satisfactio pro legis transgressione seu pro reatu poenae.*

Certe in satisfactione pro legis transgressione seu pro reatu poenae, requiritur poena, nam qui contra legem agit ordinem perturbat atque pervertit; propter quod transgressor poena plecti debet a principe ordinis, unde ait S. Thomas: "Quidquid contra ordinem aliquem insurgit, consequens est ut ab eo deprimatur. Cum autem peccatum sit actus inordinatus, manifestum est quod quicumque peccat, contra aliquem ordinem agit; et ideo ab ipso ordine consequens est ut deprimatur; quae quidem

(20) Suppl. q. 15, a. 1.

(21) Suppl. q. 15, a. 1.

(22) *ibid.*, art. 3.

depressio poena est" (23). Attamen si poena non voluntarie suscipitur, sed solummodo reus vi impulsus solum materialiter poenam exsequitur, habetur mera satisfactio, quia reus non solum non assumit poenam voluntarie sed neque ipsi inflictam voluntarie acceptat; unde si poenam gerat, hoc unice facit quia vi impellitur, unde materialiter tantum satisfacit, quia non ipse facit justitiam sed justitia vindicativa fit in ipso, etiam contra suam voluntatem. Ex hoc colligitur quod poena nullum valorem in satisfactione habet nisi cum voluntate sit conjuncta; unde ut habeatur vera satisfactio pro poena, oportet ut reus vel voluntarie poenam assumat vel ipsi inflictam ex voluntate acceptet, et sic poena informatur a voluntate satisfaciens sese conformantis tum principi ordinis tum etiam ipsi ordini quem prius transgressus est, proindeque utrique satisfacit. S. Thomas, loquendo de peccatis, haec mirum in modum explicat: "Actus enim peccati facit hominem reum poenae, in quantum transgreditur ordinem divinae justitiae ad quem non redit nisi per quamdam recompensationem poenae, quae ad aequalitatem justitiae reducit, ut scilicet qui plus voluntati suae indulget quam debuit, contra mandatum Dei agens, secundum ordinem divinae justitiae, aliquid contra illud quod vellet spontaneus vel invitatus patiatur. *Quod etiam in injuriis hominibus factis observatur*, ut per recompensationem poenae reintegretur aequalitas justitiae. Unde patet quod cessante actu peccati vel injuriae illatae, adhuc remanet debitum poenae. Sed si loquamur de ablatione peccati quantum ad maculam, sic manifestum est quod macula peccati ab anima auferri non potest, nisi per hoc quod anima Deo conjungitur..... Conjungitur autem Deo homo per voluntatem. Unde macula peccati ab homine tolli non potest, nisi voluntas hominis ordinem divinae justitiae acceptet, ut scilicet vel ipse sibi poenam spontaneus assumat in recompensationem culpae praeteritae, vel etiam a Deo illatam patienter sustineat; utroque enim modo poena rationem satisfactionis habet. Poena autem satisfactoria, etsi secundum absolutam considerationem sit contra voluntatem, non tamen ut nunc, et per hoc est voluntaria; unde simpliciter est voluntaria, secundum quid autem involuntaria" (24).

(23) I—II, q. 87, a. 1.

(24) I—II, q. 87, a.

Exinde colligimus satisfactionem componi duobus elementis distinctis, voluntario nempe et poena, quae si comparentur ad invicem, voluntarium se habet ut formale elementum et poena se tenet ut elementum materiale. Nam in satisfactione oportet attendere tum ad valorem objectivum tum etiam ad illum subjectivum satisfaciens, quia objective loquendo satisfacit etiam ille qui, quamvis nolens, tamen per vim a iudice impellitur ad poenam subuendam ut in ipso fiat satisfactio iustitiae.

Attamen, ut patet, subjective haec non est satisfactio sed mera satispassio, et, ut dicit S. Thomas, non habet rationem satisfactionis sed vindicationis tantum (25). Hos duos valores optime notavit cl. Friethoff, loquendo de satisfactione Christi. "Hanc pretiosissimam recompensationem (pergit ipse), in se objective infiniti valoris, non offerunt Deo crucifigentes, sed ipsum Christus, qui omnino voluntarie ex magna caritate erga Deum et homines haec omnia sustinuit. Unde attendendum est non minus ad hoc quod ille valor, objective tam pretiosus, ex illa subjectiva dispositione adhuc augmentum sumat. Duo enim sunt: id quod exhibetur, et ipsa exhibitio. Exhibitio autem huius quod exhibetur est actus humanus: debet enim esse testificatio de excellentia divina, secus non est honor Dei, unde neque reparatio honoris laesi" (26). Haec optima reflexio cl. auctoris, absque magno conatu, satisfactioni in communi applicari potest. Nam in satisfactione duo distinguit: *id quod exhibetur*, quod est opus satisfactorium, quod nos ut elementum materiale satisfactionis consideramus, et *ipsa exhibitio quae est actus humanus*, aliis verbis voluntas satisfaciens, quod nos ut elementum formale satisfactionis reputamus. Ipse etiam emphasis ponit in reparatione honoris ab offensore erga personam injuriam et in hac totam vim satisfactionis ponit.

His omnibus visis et perpensis, concludere licet quod, tum si satisfactio consideratur tanquam recompensatio pro offensa, tum vero in quantum poena pro legis transgressione, semper duo elementa includere debet, voluntarium nempe et poenam. Voluntarium, inquam, ut elementum formale et poena ut materiale. Nam poena ex seipsa, si non voluntarie assumatur vel acceptetur, nullo modo rationem satisfactionis obtinet. Ex altera vero parte, voluntarium in satisfactionem non nisi in poena volun-

(25) S. c. G. III, q. 158.

(26) Friethoff, De Alma Socia Xti. Med., p. 56.

taria ostenditur. Unde dicimus poenam ad satisfactionis essentiam pertinere, quamvis non ut elementum formale sed ut materiale tantum; consequenter ut habeatur adaequata satisfactionis definitio, opus est in ipsa includatur quoque poena (27); unde recte definiri potest satisfactio in communi: Illatae injuriae recompensatio per voluntariam poenae perpersionem.

(sequitur)

ALANUS M. FENECH, O.P.

— 00 —

NOTICE TO SUBSCRIBERS

Our readers will appreciate, no doubt, that regular subscriptions are important to the satisfactory working of our Review. They are kindly asked to note that the Annual Subscription of 2s. 6d. to MELITA THEOLOGICA may henceforth be paid at the Libreria Ecclesiastica, Ditta FRANCIS SCIORTINO, 186, Sda. Mercanti, Valletta.

(27) Galtier, op. cit., p. 397.

Devotion to Our Lady in the Early Church

IN the liturgy of the first three centuries of the Christian era we will certainly not find any clear traces of a cultus of the Blessed Virgin Mary: the devotion of the early Christians was wholly centred in Christ, and only in the second century do we find unmistakable examples of the veneration of saints — the martyrs, who, it was held, passed immediately into the presence of God and could, by their death, obtain graces and blessings for others (1). The idea of venerating those who on account of their sufferings were among the elect, was certainly reinforced by the veneration of the angels, which, having had a pre-Christian origin in post-exilic Judaism, was quite easily embraced by the faithful of the sub-Apostolic age (2). Quite naturally, later on the faithful turned to implore the intercession of the Blessed Mother of God; but it is only in the 4th century that we have definite traces of devotion towards the Blessed Virgin Mary: this was due perhaps to the fact that such a devotion in earlier centuries would not have been opportune at a time when the cult of Cybele, the mother of the gods, was so popular among the pagans (3).

This does not mean that in the first three centuries of our era Our Lady was not held in special honour by the faithful: her dignity as Mother of the Lord was stressed even in the first century, and from that time the theological basis on which the devotion to the Blessed Virgin was later on reared, began to be laid down. The clause 'born of the Virgin Mary' belonged to

- (1) Certain Churches in the second century had already introduced the cult of local martyrs. From the Acts of the Martyrdom of St Polycarp, who died in Smyrna in 151, chps. XVII and XVIII, we gather that (i) the Christians clearly distinguished between the adoration due to the Son of God and the veneration given to the martyrs as disciples and imitators of the Lord; (ii) the Christians gathered the relics of their martyrs and gave them due honour; (iii) the Christians met in joy and happiness to celebrate the anniversary of the death of their martyrs.
- (2) "The host of the other good angels who follow and are made like him and the prophetic spirit, we worship and adore" (St Justin, *Apol. I*, 6). See Tixeront, *Histoire de Dogmes*, I, pages 37, 258 ss.
- (3) Mario Righetti, *Storia Liturgica*, vol. II, Milano, 1946, p. 234.

the primitive redaction of the Creed (4), St Ignatius of Antioch (5), St. Justin (6), St Irenaeus (7), Origen (8), Hippoly-

-
- (4) There have been no doubts that the clause "born of the Virgin Mary" belonged to the primitive redaction of the Creed; it is found v.g. in the Creed used in the Roman rite of Baptism described in Hyppolytus' Apostolic Tradition. Cfr. Quasten, *Patrology*, vol. I, Spectrum, Utrecht, pp. 24-29.
- (5) Epistle to the Ephesians: "Our God Jesus Christ was conceived by Mary according to God's dispensation of the seed of David, it is true, but also of the Holy Spirit..... And the Prince of this world was in ignorance of the virginity of Mary and her child-bearing and also of the death of the Lord—three mysteries loudly proclaimed to the world, though accomplished in the stillness of God" (chps. 18-19). Later on (chp. 20) he describes Jesus Christ, "who in the flesh was of the line of David", as "the Son of Man and the Son of God". (A.C.W. vol. I).
- (6) St Justin was the first to show the parallelism between Eve and Mary as Paul had done between Adam and Jesus. In his dialogue with the Jew Trypho he says: Christ became man by the Virgin in order that the disobedience which proceeded from the serpent's might receive its destruction in the same manner in which it derived its origin. For Eve who was a virgin and undefiled, having conceived the word of the serpent, brought forth disobedience and death. But the Virgin Mary received faith and joy when the Angel Gabriel announced the good tidings to her, that the spirit of the Lord would come upon her and the power of the highest would overshadow her; wherefore the Holy Thing begotten of her is the Son of God" Cfr. Quasten, *Patrology*, vol. I, pp. 211-212.
- (7) St Irenaeus extends the parallelism between Eve and Mary. According to Irenaeus the procedure of the Redemption follows exactly the course of events of the fall of man. For every faulty step which man took, having been seduced by Satan, God exacts from him a compensation in order to make his victory over the seducer more complete. Mankind receives a new progenitor in place of Adam. But since the first woman was also implicated in the fall by her disobedience, the healing process starts also by the obedience of a woman. Giving life to the New Adam she becomes the true Eve, the true mother of the living and the *causa salutis*. In this way Mary becomes the *Advocata Hevae*. The parallelism is extended even further. St Irenaeus is so convinced that Mary is the new mother of mankind, that he calls her the womb of mankind: thus he teaches the universal motherhood of Mary. He speaks of the birth of Christ as "the pure one opening purely that

tus (9), Tertullian (10), and others all honour the miraculous motherhood of the Virgin, and though some writers (11) deny her perpetual virginity, yet their more orthodox contemporaries affirm it.

Clear traces of the honour in which the Mother of God was held in the first three centuries are found in the catacombs and in the apocryphal writings. The various frescoes, belonging to the second and third centuries, found in the catacombs and representing Our Lady with the divine Child in her arms or in a

pure womb which regenerates men unto God" (Adv. Haer. 4, 33, 11) Cfr. Quasten, Patrology, vol. I, pp. 298-299.

- (8) The historian Sozomen reports (Hist. eccl. 7, 32) that Origen first used the title *Theotokos* for Mary, although we cannot be surprised that it is not found in the wreckage of his works... Origen also teaches Mary's universal motherhood: "No one may understand the meaning of the Gospel (of St John) if he has not rested on the breast of Jesus and received Mary from Jesus to be his mother also (In Joh. 1, 6)" Cfr. Quasten, Patrology, vol. II, Spectrum Utrecht, 1953, p. 81.
- (9) Let us believe then, dear brethren, according to the tradition of the apostles, that God the Word came down from heaven (and entered) into the holy virgin Mary in order that, taking the flesh from her, and assuming also a human—by which I mean rational—soul, and becoming thus all that man is with the exception of sin, He might save fallen man and confer immortality on men who believe in His name (Contr. Noet. 17). Hippolytus follows Irenaeus in thinking that the process of Redemption followed exactly the course of events of the fall of man. Cfr. Quasten, Patrology, vol. II, p. 201.
- (10) Tertullian, in his eagerness to defend the real humanity of Christ, stresses the point that His Body is not heavenly but really born of the very substance of Mary, *ex Maria*, to such a degree that he denies the virginity of Mary *in partu* and *post partum*. For Tertullian Mary is the second Eve.
- (11) Besides Tertullian, Helvidius (refuted in 383 by St Jerome, from whom alone we have all we know about this heretic), Bonosus (bishop of Sardica, condemned by Pope Siricius in 391 or 392, and founder of a sect which lasted till the 7th century), and Jovinian (also condemned by Pope Siricius in 390 and refuted by St Jerome after his death) denied the perpetual virginity of the Blessed Mother of God. Cfr. Tixeront, Histoire des Dogmes, vol. II, Paris, 1931, pp. 243-250.

praying position with hands uplifted (12), though they are not proofs of a liturgical cult of the B.V.M., they certainly testify to the deep veneration for Our Lady in the ancient Church. The earliest apocryphal writings also testify to a deep and sincere veneration of the purity and sanctity of the Blessed Virgin, affirming her virginity *in partu* and *post partum*, and show a preoccupation with the dominant role of Our Lady in the work of our Redemption and stress the power of her intercession for humanity (13).

-
- (12) The oldest known painting of the virgin is found in the Catacombs of Priscilla and belongs to the 2nd century: the fresco represents the Virgin seated with the Infant in her arms, before her stands a young man holding a roll in his left hand, with his right hand pointing to the Virgin and a star in the sky above. Generally, the fresco is thought to represent the prophecy of Isaias. Archaeologists generally attribute to the 2nd century two frescoes representing the Annunciation, the one in the Catacomb of Priscilla, the other in the catacomb of St Peter and Marcellinus; and to the third century the frescoes representing the Virgin and Child with the Magi found in the cemeteries of Domitilla and St Peter and Marcellinus. With regard to the second type of frescoes where the Virgin is represented as an "orante", there is a very large number of possible examples, but very few can be certainly identified with the Mother of God. Cfr. Dict. Arch. Chr. Lit. X, 1982-2035; C.M. Kaufmann, *Manuale di Archeologia Cristiana*, versione dal tedesco, Roma, 1908, pp. 269-272, 322-331, 365-369; Marucchi, *Manuale di Archeologia Cristiana*, Roma, 1908, pp. 354-362; Smith-Cheetham, *Dictionary of Christian Antiquities*, London 1908, *Mary St., The Virgin (in Art)*, vol. II, pp. 1148-1155; Schuster, *Liber Sacramentorum*, vol. VIII, Torino-Roma, 1932, pp. 21-22.
- (13) Among the apocryphals the most startling evidence is from the so-called "Protoevangelium" of St James which most probably was product of the middle of the second century, and certainly was in existence at the end of that century. The principal aim of the whole writing is to prove the perpetual and inviolate virginity of Mary before, in, and after the birth of Christ. The *Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis* of the sixth century condemns the writing as heretical; nevertheless, the influence of this Nativity Gospel cannot be overestimated: liturgy, literature, and art all have alike been affected by it. Cfr. Quasten, *Patrology*, vol. I, Spectrum, Utrecht, 1950, pp. 118-122. See also Dict. Arch. Chr. Lit. vol. I, 2555-2579.

The first signs of a cult of the Mother of God are found in the fourth century: it was a popular veneration of the Virgin which had degenerated and was denounced by St Epiphanius (†403). An obscure sect, the Collyridians, in Arabia and in Thrace, celebrated in honour of the Mother of God an annual feast, at which only women could attend. These women assembled together round a sort of throne, mounted on wheels, and to the Blessed Virgin, as to a goddess, they offered sacrificial cakes (*kollyrida tina*, hence the name by which St Epiphanius calls the sect) which they later on ate together. Though disapproving of these extravagancies, St Epiphanius did not deny due honour to the Mother of God: "Let Mary be held in honour, he wrote, let the Father, the Son and Holy Ghost be adored, but let no one adore Mary". All his writings abound with the praises of the Virgin Mother of God and he believed that there was some mysterious dispensation with regard to her death implied in the words of the Apocalypse: "And there was given to the woman two wings of a great eagle that she might fly into the desert unto her place" (14).

The praises of St Epiphanius are echoed in the writings of all the great Fathers of the fourth century: St Ambrose (15) speaks of the B.V.M. as the model of all virtue, St Augustine proclaims her unique privilege of sinlessness (16), St Jerome

(14) Apoc. 12, 14.

(15) Cfr. v.g. the whole of the 2nd chapter of Book II *De Virginitate* and chaps. 5 to 7 of the *De Institutione Virginis*. In the third century already, Mary was considered to be the type and exemplar of the ascetic, who, consecrating his whole life to the practice of virtue, was worthy, like the martyrs, of the veneration and honour of his brethren. This is certainly hinted at in the 3rd century fresco in the catacomb of Priscilla which represents a *velatio virginis* where the bishop is pointing at the Virgin with the Divine Child as a model of virgin purity. Cfr. Righetti, *Storia Liturgica*, vol. II, p. 234; Marucchi, *Manuale di Archeologia Cristiana*, p. 357.

(16) "Excepta itaque sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quaestionem—unde enim scimus, quid ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere ac parere meruit quem constat nullum habuisse peccatum?—hac ergo virgine excepta, si omnes illos sanctos et sanctas, cum hic viverent, congregare possemus et interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus?" (*De nat. et gratia*, 36, 42 PL 44, 267).

foreshadows that notion of Mary as the mother of the human race which was to animate so powerfully the devotion of a later age (17), but it is St Ephraem, the Syrian deacon, who uses the most glowing language to honour the Blessed Mother of God (18).

These developments in the veneration of Our Lady multiplied the various means by which the faithful showed their devotion to the Blessed Mother of God. In the East, even before the Council of Ephesus (431 A.D.), we find churches dedicated in Her honour: the church itself where the Council was held was dedicated to Her Divine Maternity (19), while St Cyril of Alexandria, wrote: Hail to thee, Mary, Mother of God, in whose honour in towns and villages and in the islands were founded churches of true believers (20). In Palestine, when Juvenal was bishop of Jerusalem (425-458), the wife of a high Roman official built a magnificent church in honour of Mary on the road from Jerusalem to Betlehem. Other churches dedicated to Our Lady were built by the emperor Zeno (+491) on mount Garizim and at Cysicum, by the empress Pulcheria (+453) at Constantinople, but it was Justinian (+565) who surpassed all in his zeal of dedicating churches to the B.V.M. especially in frontier cities, for such churches much better than his fortresses (he said) would defend his domains from the onslaughts of the barbarians (21). In the West, the earliest churches dedicated to Our Lady seem to have been those of St Mary in Trastevere and St Mary Major, which were both erected be-

(17) St Jerome writing to Paula to console her for the death of her daughter Blesilla, imagines the daughter as saying: "...mater... putas esse me solam? Habeo pro te Mariam Matrem Domini" (Ep. 33, PL 22, 472).

(18) St Ephraem invokes the Virgin with the most honourable and loving titles: Hope of all Christians; Peacemaker; after God, our only refuge, light, power, wealth, glory; ever ready to help her faithful in all material and spiritual contingencies of this world; whose intercession before God is all-powerful and ever ready to intercede for sinners. Cfr. Ricciotti, S. Efrem Siro, *Imni alla Vergine*, tradotti dal siriano, 2a ediz., Torino, 1939.

(19) Mansi, Conc. IV, 1223, 1229, 1237, 1241, 1332.

(20) *Homilia in sanctam Deiparam*, PG 77, 1034.

(21) Procopius, *De Aedificiis*, VI, 7; I, 3.

fore the year 500 (22). After the fifth century the churches dedicated to Our Lady became more common in the West (23).

In the fifth century we also find references to the veneration of various relics of the B.M.V. : at Diocesarea one could venerate the seat on which she sat when the angel Gabriel announced unto her; her house at Nazareth, transformed into a basilica, preserved her vestments; Jerusalem possessed her cincture and veil; while Constantinople celebrated in the church of Blachernes special feasts in honour of the robe Mary wore

- (22) The Church of Trastevere was already built in the 4th century and at that time it was known as the *Basilica Julii trans Tiberim regione XIII iuxta Callistum*. The first document which speaks of the church as the *basilica sanctae Mariae quae Callisti vocatur* belongs to the seventh century. Possibly it received its title of S. Maria in the 5th century as it was at this time that at Rome the tendency arose to dedicate to the saints the various urban titles which formerly were only known by the name of the founder. The choice of the dedication was surely influenced by the Greek element of the Roman population which mainly inhabited the region across the Tiber.

Santa Maria Antiqua cannot be considered as one of the oldest churches in Rome as it was erected only in the 7th century, in a hall of the Imperial palace: the importance of this deanery is due only to the fact of its site; at the time of Leo IV the title was transferred to S. Maria Nova at the other end of the Forum, as the church could no longer be used being in a state of collapse.

